



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Illvstriss[i]mo Et Reverendissimo Domino D. Fabio Chisio,...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

ILLVSTRISS. ^{mo}

ET REVERENDISSIMO
DOMINO

D. FABIO
CHISIO,

DEI ET APOSTOLICÆ
SEDIS GRATIA EPISCOPO
Neritonensi, eiusdemque S. Sedis
ad tractum Rheni, & alias inferioris
Germaniæ partes cum potestate
Legati de latere Nunzio

Ordinario,

NEC NON

AD TRACTATVS PACIS
VNIVERSALIS EXTRAORDI-
nario &c. Domino suo
colendissimo.



Necidit in manus
meas superiori-

2 2

bus

DEDICATIO.

bus diebus isthęc theologiae moralis epitome, siue Nucleus (vt aiunt) Casuum Conscientiae, iussu Eminent.^{iss} Cardinalis Doriae, Archiepiscopi Panormitani, typis primum vulgatus; saepe deinde saepius, & Panormi & alibi, summo cum operae pretio, ac nouellorum Sacerdotum adiumento recusatus. Neque enim vi-

DEDICATIO.

no vendibili opus fuit
suspensâ hæderâ, ita se
ipse commendauit, vt
iteratis istis & in decimâ
primam vicem repetitis
editionibus, omnium
desiderio nequicquam
factum sit satis. Quare
consultum putauit, ad
plurimum vtilitatē, eun-
dem rursus prælo sub-
ijcere: Tuæq; Reueren-
dissimæ & Illustrissimæ
Celsitudini humillimè

ã 3

de

DEDICATIO.

dedicare, vt Canonum
ac præceptorum mora-
lium hic ab Italo patre
breuiter per scriptorum
patronum adipisci me-
rear, quem inde ab Ita-
lia, per hasce Rheni par-
tes, viuam morum re-
gulam, & actionum ad
honestæ rationis, & æ-
ternę legis normam ex-
actarum exempla om-
nibus circumferre sus-
picimus. Neque vllus

du.

DEDICATIO.

dubito, quin opere ip-
so, quâ licet perfectissi-
mè exhibes, quodque
dum factò non potes,
verbo accuratissime do-
ces, id nominis tui au-
spicio prodire, Auctori-
tate tua defendi, haud
grauatè patieris. In mul-
tis enim libelli huius
partibus, morum tuo-
rum imaginem, perfe-
ctam boni Sacerdotis,
optimi Episcopi, ac Le-

DEDICATIO.

gati ideam rudi penicu-
lo adumbratam habe-
mus: & quod muti lite-
rarum apices obscu-
rius forte proponunt;
Tu aut viuis morum
exemplis, aut verissimis
verborū oraculis, haud
paulo certiore ac cla-
riore magisterio, sequē-
dum proponis. Siue e-
nim *Te in Sacramentis*,
officio tuo, munerique
propriis administrādis,
siue

DEDICATIO.

siue in tuis , alienisque
moribus ad diuinorum
præceptorum normas
exigendis, ex Apostoli-
ci Legati dignitate ver-
santem cōspicimus; ad
definitam à Canonibus
perfectionem , omnes
actus tuos & cōsilia col-
lineas, omnesque simul
intuentes, ad tui amo-
rem ac imitationē sua-
uissimè inuitas. Quod
vt quam diutissimè ad
Ec-

DEDICATIO.

Ecclesię totius bonum,
vti facis, facias, meque
clientulorum tuorum
minimum, qua omnes
tuos soles, humanitate
ac beneuolentia com-
plectaris, Deum obnixè
semper rogabo.

Coloniæ 6. Decembris
Anno 1644.

*Illustrissima ac Reuerendissima
Celsitudinis Vestrae minimus
Clientulus.*

Iodocus Kalcouius
Bibliop.



